

¶ καρδιογνώσκε, auditq; ¶ videt gemitus ¶  
preces hominum omnium ¶ singulorum, prater  
quem nulli rei amplius adoratio debeatur: tertio,  
quod nulli Creaturarum liceat, Verbum, man-  
datum ¶ institutionē Dei in minimo mutare, nec  
adimendo nec addendo quicquam: quarto, quod  
humana traditio ¶ decretum humanū extra Dei  
Verbum, licet optima illa traditio esse videatur,  
nullius tamen conscientiam cogere possit aut debe-  
at obligare ad obedientiam opinione cultus Dei, ¶  
persuasione remissionis peccatorum, ¶ gratiae im-  
petrandae praestandam, quandoquidem sine Verbo  
nihil de cultu Dei statui potest: Quinto, quod Ec-  
clesia Christi non sit alligata ad locum aut perso-  
nam ¶ cathedram certam, sed tantummodo ad  
Christum ¶ Verbum atq; sacramenta Christi,  
in horum vero intellectu, ¶ usu integro: unde  
Catholica illa nominatur: sexto, quod quidquid  
cum Verbo Dei non consonat, aut in eo non fun-  
datum est, sit in fidei articulis falsum, ¶ minimè  
probandum, sed fugiendum ¶ reiciendum, ne in  
periculum salutis amittendæ incidamus. De his  
ergo hactenus. Nunc historicis hisce prolegome-  
nis paucis ¶ necessarijs in fidem ¶ confessionem  
nostram, ab Apostolis traditam, à martyribus ro-  
boratam ¶ à fidelibus iam usq; custoditam, pra-  
missis, ¶ finitis (de alijs autem aliâs, præsertim  
de scriptis Lutheri, ¶ de cursu 'D. Philippi ¶  
huius salutaribus laboribus dicendum erit) te  
Omnipe-